



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Confluctationes variae, & constantini victoria. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

sæpe cum tela frequentia ab hostibus in eum iacerentur, qui ipsum ferebat, saluus extiterat, & vexilli hastile, tela missa exceperit. Atque istud omnem plane superat admiratione, tum quòd tela ab hostibus iacta sic intra exiguum illum & angustum hastilis ambitum prouolabant, ut in eodem fixa hærescerent: tum quod ille, qui illud ipsum gestabat mortem effugeret: Imò vero ut qui hoc ministerium obibant, nihil damni incommodive aliquando acciperent. Neq; certè hæc nostra est oratio, sed ipsius imperatoris, qui præter alias res, hanc etiam nobis coram memorauit. Qui ubi diuina potentia has duas primas victorias fuisset adeptus, de cetero, exercitu ordine instructo, ulterius processit.

Confluxiones varia, & constantini victoria.

CAP. X.

Qui autem contrariarum partium erant, quiq; primùm dimicare cæperant, cum illius impetum abiectis armis, manu sustinere non possunt, ad pedes imperatoris acciderunt. Iste utpote ex hominibus conseruandis voluptatem capiens, omnes excepit incolumes. At alii qui in armis se tenuerunt prælio instare. Quos primùm imperator benigne & humanitus, ad amicitiam iungendam imitauit: Sed ubi, minimè obsequetes intelligebat, in eos dimisit exercitum. Illi statim terga dâtes, in fugam vertuntur. Ex quibus deinde alii capti, iure belli interfecti sunt: nonnulli, alius in alium, ruentes, suorum gladiis decubuerunt.

Licini fuga & incantationes.

CAP. XI

Post hæc, qui hisce rebus principium dederat, cum uideret se famulorum auxiliis orbatum, & exercitum, quem collegerat, profligatum, ac sociorum copias deletas, & spem in illis, quos ipse deos putabat, nihil posse ipsa iam experientia manifestò conuictam, tum se turpissimæ fugæ mandauit: Sicq; euasit incolumis, atque adeo extra vitæ periculum propterea fuit, quod pius imperator suis mandasset, ne omnino eum persequerentur, ut fugiendo salutem prospiceret, spes enim in eius infidebat animo, illum cum persentisceret, in quas incidisset calamitates, non modo ab infana temeritate desitutum